



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

17. Documentum de ordinatione Electranni Episcopi Redonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

621 Promotionum Episcopaliū. 62

orbe vulgata, omnis hodieque gaudet, confitetur, prædicat, & tenet, atque te-
nabit Ecclesia. His per omnia conser-
taneam prædicabilem paternitatem frater-
nitatemque vestram gratia superna invi-
ctam atque prævalidam & suo munere
gaudentem perpetim conservare dignetur.

ARMONI-
TIO SIR-
MONDI. Hanc epistolam à Prudentio scriptam tum fuis-
se eam in Ecclesia Parisiensi ordinandus esset A-
neas Episcopus, auctor est Hincmarus in posterio-
ri opere adversus Gothescalem, quo in libro hæ-
simul Prudentij capitula, quæ Gothescalci caufa
in questione versabantur, examinat & singillatim
refutat.

*Documentum de ordinatione Elecstranni
Episcopi Redonensis.*

XVII. Anno incarnationis Iesu Christi Domini nostri D C C L X V I. Indictione x i v. anno pissimi Regis Karoli XXVII. III. Kalendas Octobris, in parochia Turonica, ordinamus & ad pontificalem sedem Redonensis Ecclesiam consecramus Elecstrannum, electione atque decreto cleri & plebis ejusdem Ecclesiae, nos in Dei nomine antistites, Herardus Turonicæ metropolis, Actardus Namnetensis, atque Rodbertus Cenomanensis, cum consensu & litteris ceterorum dioecesano- rum adhibito, apicibus etiam præmoniti jam dicti gloriose Regis Karoli, hujusmodi statuto & paterna commotionis decreto ipsi viro allato, ut canonici sanctiōni bus, quantum divina suffragaverit pietas, libenter obtemperet, & ab inlicitis ordinationibus abstineat, & peftem simonia- ce heresis deviter, Concilii quoque sacris præfixa canonibus certis sibi designata temporibus celebrare procuret, atque matri lue metropoli debita reverentia se fubdere non neglegat, & juxta sanctorum patrum regulas nihil nisi que ad propriam pertinent Ecclesiam extra ejus consensem pertemptet. Hæc ergo aliisque ad institu- tionem & informationem fidelis viri fratris & filii nostri Elecstranni, die præfixo, verbo pariter & stylo promulgantes, pontificali- um infula adornantes, sacra quoque be- nediçione more sanctæ Ecclesie ditantes, anulo quoque dotantes, & baculo deco- rantes, sanctæ Redonensi Ecclesie pon- tificali eum ordine præfecimus, & pater- nè cathedrali folio sublimantes, confratrem, confacerdotem, & comparticipem in regime & gubernaculo Ecclesie sanctæ nobis ex integrō in Dei nomine effici- mus, manuum quoque adnotationibus confirmavimus.

*Canonica littera ab ordinatoribus date He-
denulfo Episcopo Laudunensi, ad clerum
& plebem Ecclesie Laudunensi.*

XVIII. Hincmarus sancte metropo-
lis Ecclesie Remorum Episcopus clero,
ordini, & plebi in sancta Laudunensi Ec-
clesia consenserit in Domino pacem & fa-
ludem.

I. Sicut beatus Papa Innocentius do-
cer, oportet nos hoc sequi quod Ecclesia
Romana custodit, à qua principium sa-
crae institutionis nos accepisse dubium non
est. Propterea documento ac verbis beati
Gregorij vos alloqui procuramus, insi-
nuantes quia probabilibus desideris vestrī
nihil attulimus tarditatis, fratrem jam &
coepiscopum nostrum Hedenulfum vobis
ordinantes praesentia vel consensu ac lit-
teris coepiscoporum totius nobis commis-
sa provincia secundum sacros canones
sacerdotem, pastorem quoque atque re-
ctorem. Cui his litteris, quas sacri cano-
nes ordinatos prius de Conciliorum placi-
tis, ne se aliquid contra eorum statuta
egisse peniteat, instructos, ab ordinato-
ribus suis, manibus eorum conscriptas ju-
bent accipere, secundum traditionem ec-
clesiasticam dedimus in mandatis ne un-
quam ordinationes præsumat inlicitas, ne
bigamum, aut qui virginem, si de conju-
gatis agendum est, non est fertitus uxori-
rem, neque in litteratum, vel in qualibet
corporis parte vitiatum, aut ex publicè
poenitente, aut curia vel cuilibet condi-
tioni obnoxium, notariumque, ad sacros
ordines permitat accedere. Sed & si quos
hujusmodi forte repererit, respectu divi-
no non audeat promovere. Alienum etiam
Clericum sine voluntate & consensu Epis-
copi sui contra sacras regulas non sollici-
tet, non suscipiat, non in sibi commissa
Ecclesia ordinet, nec eos qui probata fi-
dei non fuerint sacris ordinibus præsumat
quo modo applicare. In ordinatione
autem Presbyterorum ac Diaconorum ce-
terumque ecclesiastici ordinis ministro-
rum, à totius munera, id est, à manu, à
lingua, aut obsequio indebito, juxta quod
Dominus per Prophetam præcipit, quan-
tum patitur humana fragilitas, mundas &
cordis & corporis manus exhibeat, &
uno codemque gladio & dantem & acci-
pientem munus interimat, & inlicito mu-
nere polluens manus, aliis se benedictio-
nem credit tribuere cum fuerit jam pro-
pria iniurati substratus, & sua nihilomi-
nus ambitione captivus. Ab eis etiam quos

Decreta

Innoc. c. 1.

16. 53.